

CARMEN GRATVLATORIVM

QVO

VIRO

MAGNIFICO, AMPLISSIMO ATQVE CONSVLTISSIMO

DOMINO

DN. DIDERICO MEIERO,

JCTO CONSVMMATISSIMO

CVM

POST ADMINISTRATAM FELICITER PER VI. LVSTRA

SPARTAM SENATORIAM

CONSVLARES REIPUBLICAE PATRIAE FASCES

IPSI DEFERENTVR

APPLAUDERE VOLVIT

OBSERVATISSIMVS CVLTOR

HIERON. BENOREN,

PHIL. ET THEOL. STVD.

*C*um NOVVS urbis onus, falces simulatque
secures

Susciperet CONSVL, nonnullum posse latere,
Cui curæ cordique fuit pernoscere ritus

Antiquos populi, merito censere licet, bit
ad arces

Nos quoque Romanos veteres, imitemur ovantes,
CONSVLE talemur, que gaudia mente fovemus

Ite, venite VIRI PROCERES, & IV quoque dicta
Musarum appropera foveles, vos denique cives,

Quot nuncit sedes Chaucorum, Brema vetusta,
Accelerate omnes, & deducamus ovantes
Vrbis RECTOREM, sed quorsum? Curia nostra,

Susciperet CONSVL, nonnullum posse latere,
Cui curæ cordique fuit pernoscere ritus
Antiquos populi, merito censere licet
Scilicet incipiens munus grave Consul ad arces
Ducitur excelsas, Tarpejas nomine dictas
Bis senis servis, solitis portare secures
Consulis atque novos fasces, præ euntibus illum,
Hinc Latii cives, magna stipante caterva
Lætitia affecti blanda vestigia servant;
Utque magis foret hæc manifesta, applausibus illum
Lætatis cumulant, sonet ut clamoribus æther,
Arbiter hoc nullus justus culpabit iniquum;
Nam Caput urbis erat Consul, qui munus obibat,
Regibus expulsis, Regum, Patriæque saluti
Invigilans, studio quærebat commoda multo.
Cum quoque LUX hodierna tibi, LUX INCLVTA BREMAE,
GRANDE DECVS PROCERVVM, THE MIDOS CLARISSIMA
PROLES,
Deferat urbis onus cum fascibus atque securi,
Atque senatorum votis, PATRIÆ PATER audis

Musarum appropera soboles, vos denique cives,
Quot nutrit sedes Chaucorum, Brema vetusta,
Accelerate omnes, & deducamus ovantes
Vrbis RECTOREM, sed quorsum? Curia nostra,
Concessus PROCERVVM includat TE pariete, CON-
SVL;

Applaudamus ei cuncti, votisque rogemus
Supremum Patrem, torquentem sidera cœli.
Is constans reddat regimen, faciatque perenne,
Nubila dispellat pluviam minitantiâ tristem,
Is rebus cunctis, quas hoc moderante subibis,
Adsit, & eventum nunquam non præbeat alium
Consiliis, quo salva fiet Respublica Remæ.
Insuper incolumem, COLVMENque Decusque
VENVSIVM,

TE servet, claramque Domum, Natosque Parentis
EX asse hæredes tutela protegat usque
Denique quod superest, MVLTVM VENERANDE
PATRONE,

Nec TE pœniteat voti meminisse clientis.

